

Christum, divina Scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei Verbum, quando caro factum est, & homo juxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere: aut qui dicit, quod pro se obtulerit semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis, (non enim eguit oblatione, qui Peccatum omnino nescivit,) anathema sit.

11. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse, & propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius vivificatricem esse, quia facta est propria verbi, cuncta vivificare valentis, anathema sit.

12. Si quis non confitetur, Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & vivificator ut Deus, anathema sit.

Η ΕΚΤΕΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΕΝ ΚΑΛΖΗΔΟΝΙ  
ΣΥΝΟΔΟΥ ΠΙΣΤΙΣ.

EDITA IN CHALCEDONENSI SYN-  
ODO CONFESSIO FIDEI.

(*Concilium Chalcedonense est celebratum Chalcedone in Bitbynia Anno Christi 451. Imper. Martiano, in quo explosa fuit heresis Eutychis, qui sublata distinctione, e duabus in Christo naturis faciebat unam. Intererant Episcopi 630.*)

ΕΠόμενοι τοῖνυν τοῖς ἁγίοις πατρᾷσιν ὁμολογῶμεν, καὶ συμφώνως ἀπαντες ἐκδιδάσκομεν, ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοῦσιον τῷ πατρὶ καὶ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοῦσιον ἡμῖν μετὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ πάντα ὁμοῖον χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τῆς πατρὸς γεννηθέντα, καὶ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένης καὶ θεοτόκου, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἓνα δὲ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν τῆς Θεῆς, κύριον